

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**In Exequias Viri Nobilissimi Excellentissimi Et Consultissimi Dn. Henrici Rahnen/
Antecessoris in Academia Rostochiensi Senioris Celeberrimi, Consistorii Ducalis
Assessoris Gravissimi : Lubentes Et Lugentes**

Rostochi[i]: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X>

Druck Freier  Zugang



F r a n c k , J .

i n

H . R a h n e .

R o s t o c k , 1 6 6 2 . / d

II



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77678336X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77678336X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77678336X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X/phys_0004)

DFG

IN EXEQUIAS
VIRI
NOBILISSIMI EXCELLENTISSIMI
ET CONSULTISSIMI
DN. HENRICI ~~REICHENBERG~~
ANTECESSORIS IN ACADEMIA
ROSTOCHIENSI SENIORIS CELEBERRIMI,
CONSITORII DUCALIS ASSESSORIS
GRAVISSIMI.
LUBENTES ET LUGENTES SCRIPSERE
COLLEGÆ ET AMICI.

ROSTOCHI,
Litteris JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.
ANNO clc lcc LXII.

IN EXCELSIS
MOTUS MATERIALE
DI. HENRICI 1623
ANTCESSORIS IN ACADEMIA
ROTHENBERGENSIS ET FESTIVITATI
CONSTITUTI DUCATIS VICESSECTORIS
GRANISSIMI
TITULI ET UNIVERSALIA DECRESCE
O H E B T A M I C I

RHANIUS (hei!) Themidos Præsul, Phœbiq; sacerdos,
RHANIUS Astræx gloria magna Deæ:
RHANIUS (hei!) Rosei miranda Columna Lycei,
Virtutum & rari pectoris effigies
Occidit, & tenuem subito mutatus in umbram.
Liquit in humano lampada solis agro.
O canum carumq; caput, charumq; JEHOVÆ
Ob non fucatæ religionis opus;
Plangite Pierides, Schola Balthica solve capillos
Nestore sublato hoc nonne juventa gemes?
Hancce tuam lugeto vicem, non illius, unis
Qui latus superum delitiis fruitur.

Condolens f.

Joannes Bacmeisterus, Med. D. Prof. P.
Poliater & Academiæ p. t. Rector.

QUAM cito mors veniat, nulli nec parcat honori,
Aut etiam ætati, funera multa docent;
Hoc quoq; quod præsto est præterspem: Rahnius, inquam,
Acclamat cunctis, O homo disce mori!

Albertus Villebrand U. J. D. Cod. Prof.

& Consist. Ducal. Assessor.

RHANI præsidium quondam pergrande Lycei
Varmiaci, juris justitiæq; decus:
Maturè nimium moreris! nam secula virtus
Diva merebatur, Nestoreosq; dies,
Te nostræ lugent Musæ, te Varmicatellus
Flet, tanti populum nominis urna movet:

Specta-

Spectatum quicunq; venit, discedit acerbè
Collachrymans, quisquis fata inopina dolet.
Ipse tuis querulus facio pia vota beatis
Maribus, & facilis sit tibi terra precor

Cum dolore collegæ suo desidera-
tissimo & seniori Facult. vene-
rando scripsit

Henricus Rudolphus Redeker, P.P.

p.t. Fac Jur. Dec.

SAt duros casus qui vix sentire solebat
Vitæ, sed fortí quævis contemnere mente
Didicerat, subitæ hunc perimentia spicula mortis
Vix sentire DEUS voluit. Perpendite cives,
Quam sint tranquillæ conformia funera Vita!

Insuperatum sed placidum benemerit College
obitum pie ponderando ultimo ejus honori
bæc accin.

Cuspar March, D. Med & Math. Prof.
ET Tu igitur tandem tumuli sub mole repostus
RAHNI beate, nunc jaces?
Quem, truculentæ licet, flevit miserata cadentem
Vel ipsa Parca præfica.
Nunc autem vitæ certus melioris & inter
Jam jam locandus sidera.
Attu funde rosas, funde istililia tellus,
Ut lilia inter & rosas,

Quo

Quo nil candidius fuit, & nil suavius unquam
Recubet subinde molliter.

Hocce schedio Manes Viri quæ erationem præcellentiss.
quæ mores ultra seculi sortem dexterrimis, Compa-
trii venerandi, lugens prosequitur

Georgius Hegenwald / D.

TRISTIA Nobilium quondam s. fata virorum,
Adversasq; vices, præcipitemq; necem
Luximus, & multas noctesq; diesq; querelas
Egimus, & lacrumis non caruere genæ:
Funus Magnifici ploremus nobile RAHNI,
Volvamus subitam pectore jamq; vicem.
Maximus Anistes Juris, Romanaq; Suada,
Exemplar morum, Filius Aonidum,
Germanus Candor, Luinen splenaorg, Lycæi,
Communis quondam portio magna Boni
Qui tulit aeternâ varium cum laude laborem
Haec tenus, ut Musis integra Jura forent,
Non ex affectu solitus decreta Reorum
Fingere, nec causas face juvare malas
Plurima qui certè per secula vivere dignus,
Is modò supremum vixit in orbe diem.
Hunc nunc quisq; dolet, cum cernit triste feretrum,
Infusa quod rarum, plebs quoq; fata gemit.
Ipsus ego mastus reputo tristissima fata,
Ultima dum magno debita solvo Viro.

Sed

Sed felix qui sancta tenes consortia Diuum,
Et frueris Trino communis ipse Deo.
Eternum, Dilekte, Vale, Vale inlute RAHNI,
Vir nunquam nostris emoriture fibris.

Ult. honoris & obs. deb. erg. scrib.

Andreas Amsel / L.

EPITAPHIUM

Ad Bustum

DN. D. HENRICI RAHNEN,
ICTI longe celeberrimi

M Agnus in exigua (proh!) tumba hac Juris & æqui
Conditur Antistes, quem Themis ipsa dolet.
Moribus antiquis, vita fideiq; probata,
Nescius astuta calliditatis erat.

Et simplex animi candor, probitasq; verenda:
Ingeniiq; lepos cum gravitate tamen:
Doctrina omnigena: & decumana Scientia Juris:
Hæc hujuscce VIRI conglomerata bona,
Dum vivebat, erant. Nunc exspiravit in auras
Omne hoc. Ahlugé! qui mōdō Lector ades.

Novissimi in honoris tesseram' m g. posuit

M. Ägidius Newdorff Marpurg. Hass

J ure satis claro legum praxisq; perito,
Versibus ac multis laudibus haut opus est
Nam Tua, mi RAHNI! laus atq; honor est manifestus
Omnibus ad Varnum, pluribus acalibi.

Hass

*Has igitur taceo laudes : bona nunc precor orbis
Conjuge dilecto , ehem ! quoq; Patre suo :
Sit DEUS ut Coniux ; Pater & economistus quoq; Tutor
Omnibus his orbis ; sint ubicunq; velint.*

eumq; fecit

Franciscus Prætorius , S.S. Theol.
& Phil. Stud.

Rham Deorum semen ac jubar secli,
Columna Baltici nitens Athenæi,
Dux disciplinæ juris, arbiter veri,
Quem Diis adæquabit perennitas, atq;
Virtus supremos inter abdet heroas :
Tununc jaces haud amplius moraturus
Nostro Roseto, quo nitente fulserunt
Soles, & ivit purior dies euro
Pacatiore, te dolemus extinctum
Spirabiliq; luce condimus cassum,
Fatum rapax ! hem qui recens parentabat
Alius urnis, providus sui fati
Aufugit heros ! O gravissimam stragem
O fata sæva quæ vetatis extare
Longum quod eminens frui diu vita
Debebat, altæ veritatis & justi
Æquus Sacerdos, ordinis decor docti
Et masculæ sinceritatis exemplar,

Cui -

Cui Diva pectoris reclusit arcana
Themis, foveatq; juris æstimatorem,
Consortio sacro citatus excessit :
Lugete Musæ, Præsul interit vester,
Ac tristiori ferte nænias voce,
Expendat Universitas vices rerum,
Et tu Lyceo consecrata doctorum
Pubes, Viri dignosce senior mortem,
Quantus juventuti perit nitor ! dicant
Quæsæ æqua sedes visq; tanta noscendi
Contingit, amotumq; strenuè plorant;
Tu lacrumis heros querendus ubertim,
Te docta prosequentur oraventuræ
Gentis decus mirata, neve doctrinam
Tacebit ætas, dum bonis manet fama.
At vos relicti, quæsæ ademit infesta
Mors omnis unicum mali levamentum,
Nolite funus exsequi repentina
Lessu, datam fatis peregit hic metam,
Vixit diu : solutus omnibus curis
Nunc cætui sancto beatus infertur
Feliciores inter, atq; supremum.
Tuetur absq; fine pertinax Jovam.

Dolens adjectit
Georgius Amsel / L.L. Stud.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77678336X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77678336X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77678336X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77678336X/phys_0016)


DFG

*Has igitur taceo laudes : bona nunc prece
Conjuge dilecto , eheu ! quoq; Patri
Sit DEUS ut Conjurc , Pater æconomus
Omnibus his orbis ; sunt ubicung;*

Franciscus Prætorius

& Phil.

Rhani Deorum semen ac jubar se
Columna Baltici nitens Athenæi
Dux disciplinæ juris, arbiter veri,
Quem Diis adæquabit perennitas, at
Virtus supremos inter abdet heroas
Tu nunc jaces haud amplius moratu
Nostro Roseto, quo nitente fulserunt
Soles, & ivit purior dies euro
Pacatiore, te dolemus extinctum
Spirabiliq; luce condimus cassum,
Fatum rapax! hem qui recens pareret
Alius urnis, providus sui fati
Aufugit heros! O gravissimam stragam
O fata sæva quæ vetatis extare
Longum quod eminens frui diu vita
Debebat; altæ veritatis & justi
Æquis Sacerdos, ordinis decor do
Et masculæ sinceritatis exemplar,



Cui -